



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Semita Perfectionis Purgativa, Illuminativa, Et Unitiva

Dirckinck, Johann

Coloniae Agrippinae, 1705

VD18 15298639

17. Amicitia.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55242](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55242)

II. *In simplicitate cordis querite illum.*
 Sap. c. 1. 1. *Cordis enim simplicitas dies est,*
quam fraus non obnubilat, non obscurat men-
dacium. S. Gregor. in 4. Psal. Pœnit.

III. *Domine, hoc oro, ut simus sinceri*
& sine offensa in diem Christi. Ad Phil. c. 1. 10.

P A S S U S XVII.

Amicitia.

TEXTUS.

Amicus fidelis protectio fortis;
qui invenit illum, invenit
thesaurum. Eccli. c. 6. 14.

Cognitio.

Amicitia est amor mutua benevolentia;
 super aliqua communicatione fundatus.
 D. Thomas 2. 2. q. 13. a. 3.

Actus:

1. *Benevolentia* in affectu, quâ amicus propter se, & non propter bona sua diligitur.
2. *Concordia* in sensu & voluntate.
3. *Beneficentia* in effectu, seu bonorum communicatione.

4. *Vides & constantia in adversis. Omni tempore diligit, qui amicus est, & frater in angustijs comprobatur. Proverb. c. 17. 17.*

Consideratio.

O quantò sanctiùs amicitiam homines colerent, si ingentia ejus bona nòssent? Quanta enim est I. Ejus nobilitas & præstantia? *Quid amicitia pretiosius? Ait S. Ambrosius. Quid venerabilius? S. Gregor. II. Quanta necessitas? Qui non diligit, manet in morte. 1. Joan. c. 3. 14. III. Quanta utilitas? Beatus, qui invenit amicum verum. Eccli. c. 25. 12. IV. Quanta jucunditas? Ecce quàm bonum & quàm jucundum, habitare fratres in unum. Psal. 132. 1. Quis igitur hoc nobile bonum, hoc utile, hoc jucundum non ambiat?*

Petitio.

O Beatissima Trinitas, in qua est perfectissima amicitia & charitas, tale à Te humillimè flagito amicitiae donum, quod his conditionibus & proprietatibus gaudeat: 1. Sit inter virtute præditos, ac propter virtutem. 2. Idem in nobis velle & nolle, cor unum & animam unam efficiat. 3. Adsit bonorum communicatio. 4. Sit amor sincerus, ab omni furo & fraude alienus.

5. Con-

5. Constet in prosperis & adversis. 6. Nec amici correptio, si opus sit, negligatur. 7. Arcana sua amico patefaciat. 8. Nihil turpe, malumve alter ab altero postulet. 9. Externa comitatis & humanitatis officia sibi mutuò declaret. 10. Pro amico animam ponere sit paratus. Omnia ad laudem & gloriam tuam sempiternam.

Aspirationes.

I. Quàm felix est & beatus, qui invenerit amicum verum. Eccli. c. 25. 12.

II. Reverà vita pharmacum est, fidus amicus; reverà protectio fortis est fidus amicus. S. Chrysof. hom. 2. in Epist. ad Theff.

III. Tribue mihi Domine, cum proximis meis veram amicitiam colere. *Amicus fidelis medicamentum vite*, Eccli. c. 6. 16.

PASSUS XVIII.

Liberalitas.

TEXTUS.

Beatius est magis dare, quàm accipere. Act. c. 20. 35.

Cogni-